

DEDICATORIA.

Nam qui meus est in te animus, quæ voluntas, qui amor, is non patietur te vlla spe vllõve desiderio studij, officij, operæ, commodi, rerum deniq; omnium, quas mihi fortuna largita est, frustrari: Sed enitetur potiùs omnibus viribus, quo abs te impetu prouocatur, eodem tibi vt perpetuo respondeat. Siquidem nihil minus hominis est quàm non paria reddere fauendo, ei à quo amando tam humaniter pelliciaris. Nec dubito, quæ tua est humanitas, te pari volùtate fore, vt quam nunc literis in eo benevolentiam rebus omnibus sis comprobaturus, & quam hoc indice tenuem tuâq; lectione vix dignam nauauî operam, eam beneuolè sis accepturus, & mei memoriam nunquam depositurus. Bene & foeliciter vale. Torgæ, 8. Nouemb.

I 5 6 5.

a s